

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 85. Synodi Metensis Diœcesanæ Statuta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

non Albertus III. Saxo - Coburgen-  
sis Dux. Sæc. XVII.  
A. C. 1699.

§. LXXXV.

*Synodi Metensis Diæcesanæ decreta.*

Hoc item anno Henricus Carolus du *Concil. Germ.*  
Chambout de Coislin Metensis *tom. 10.*

Episcopus die prima Julii Synodum  
Diæcesanam congregavit, in qua sta-  
tuta & Canones a Prædecessoribus suis  
editos atque in unum volumen compi-  
latos rursus innovavit, promulgavitque  
& habita præsentis temporis ratione  
addidit quædam, ex quibus præcipue  
sequentes Canones notari merentur:  
statutum igitur; ut dierum, qui ex fe-  
stis Profesti facti sunt, officia peragan-  
tur, nihilque pro eorum celebratione  
exigant Parochi. 2. Parochianis in-  
junctum, ut Missæ Parochiali saltem  
ex tribus Dominicis uni adsint. 3. Pro-  
hibitum, ne supplicationes extra Pa-  
rochiæ fines fiant. 4. Ne unctiones  
fiant intincto pollice, sed bacillis ex  
stanno vel argento in eum usum com-  
paratis, 5. declaratum, ut si quis no-  
luerit proprio Parocco confiteri in Pa-  
schate, petat ab eo facultatem sine  
ulla difficultate concedendam, confi-  
tendi alteri Sacerdoti approbato, a quo  
testimonium confessionis suo Parocco

con-

Sæc. XVII. consignet. 6. Præceptum Parochis,  
 A. C. 1699. ne pueros septennio maiores sine con-  
 fessione mori finant. 7. Ut imagines  
 risum potius quam devotionem exci-  
 tantes in Ecclesiis non permittant,  
 & vestibus indecoris indutas exuant,  
 cum nimiam simplicitatem & rusticita-  
 tem redoleant. 8. Decernebantur ho-  
 noraria pro Parochis, ubi statutum,  
 quod pro S. Viatico, extrema unctione,  
 sacramento pœnitentiæ & sepulcro  
 effodiendo in cæmeterio, nihil exigant.  
 9. Sine necessitate vel licentia carni-  
 bus vescentes in diebus jejunii Sacra-  
 mento Eucharistiæ in Paschate pri-  
 ventur.

## §. LXXXVI.

*Scriptorum religione Catholicorum  
 decessus & opera.*

*Dupin Bibl.* Currente anno pluribus doctrina, ac  
*des Auth.* scientiarum conspicuis Scriptori-  
*t. 18. p. 197.* bus invida mors calatum excusit,  
*Journal des* quos inter æterna memoria dignus est  
*Scavans*  
*l'An. 1686.* Antonius Pagi Ord. FF. Minorum S.  
*Niceron t. 1.* Francisci, qui quatuor tomis criticum  
*pag. 449.* Historico - Chronologicum in Annales  
*& tom. 10.* Card. Baronii edidit unacum disserta-  
*pag. 364.* tione Hypatica de Consulibus Cæfareis,  
*Vid. t. 64.* quæ a suo Nepote P. Francisco Pagi  
*pag. 420.* itidem Minorita suæ Historiæ adjecta  
*& 699.* fuit,